COMPILATIO
TOTIVS IVRIS
CONTROVERSI
EX OMNIBVS DECISIONIBVS

Vniuerſi Orbis, quæ hucvſque extant impreſſæ.

A DOCTORE MARTA NEAPOLITANO

IVRISCONSVLTO VERIDICO, SVMMO PRACTICO,

Ad Inſtar Digeſtorum Imperialium Noua Methodo Compoſita.

ET ICCIRCO DIGESTA NOVISSIMA

IVRIS CONTROVERSI APPELLATA.

Tomus Quintus.

VLTIMARVM VOLVNTATVM

MATERIAS CONTINENS.

IVRISPERITIS OMNIBVS, TVM IN ELIGENDA

VERA IVRIS INTERPRETATIONE,

Tum in conſulendo, & iudicando valde vtilis; ac neceſſarius.

Cum Indice Materiarum ſecundum ordinem Titulorum.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

AD LECTORES
IVRIS STVDIOSOS
DOCTOR MARTA S.

IN iudicijs præclarè etiam agitur, cum pauciora, & difficillima negotia finem accipiunt, modò ſeueriſſimè, & religioſiſſimè per tractata fuerint: Huiuſmodi eſſe, quæ ad vltimas voluntates pertinent, nemo eſt, qui ambigat, in quibus concluſiones adeò ſe coniunctiſſimè attingunt, vt vel vna Controuerſia vix tolli ſedari, aut dirimi poſſit, quin centum fundamenta, quæ adaliarum quoq; quæſtionum diſſolutionem pertinent, præſupponenda, & diſcutienda non ſint; Quò fit, vt ſi huius generis res iudicatæ modicæ apparent, mirandum non eſt: Nam qui rectè in ſingulis deciſionibus concluſiones ipſas enumerare attentauerit, innumeras propemodum, & nihil, quod ad ſimilium cauſarum reſolutionem deſiderari poſſit, prætermiſſum inueniet. Accedit, quòd eædem controuerſiæ in multis prætorijs, & per varias argumentationes, noſtris etiam temporibus definitæ fuere, quamobrem quàm plurima huius Tomi capita, ex pluribus foris, votis, ac rationibus conſtituta, ſimul compilare opus fuit. Atteſtatio mea non parum comprobare debet, qui dum tractatum (ſummam totius ſucceſſionis legalis tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, tam de iure communi, quàm Statutorum appellatam) compoſui, in quo nullam cuiuſcumq; gradus ſucceſſionis ſpeciem, nihilque ad materiam pertinens prætermiſi, quaſi in ſingulis articulorum, & caſuum ſcriptionibus Digeſta Nouiſsima allegare, & declarare opus fuit, & ipſe tractatus maximus quidem, & valdè elucubratus, qui poſt Digeſtorum Nouiſsimorum editionem prælo typographico immediatè ſubiectus erit, vobis certiorem fidem faciet. Vos igitur Iuriſconſulti præclariſsimi, Tomum hunc Quintum *non paruum*, ſed fortè alijs maiorem, qua ſoletis benignitate ſuſcipite, ipſamque ſucceſsionis ſummam pro anno ſequenti indubitata fide expectare, vt Diuinæ Iuriſprudentiæ, cuius veri Mecœnates eſtis, ſtudium, & patrocinium veſtrum, nunquam intermorituris laudibus comprobetis. Valete. Ex meo *Muſæo* Patauino *Die 25. Martij 1620.*

COMPILATIO TOTIVS IVRIS CONTROVERSI

EX OMNIBVS DECISIONIBVS

Vniuerſi Orbis, quæ hucvſque extant impreſſæ.

A DOCTORE MARTA NEAPOLITANO

IVRISCONSVLTO VERIDICO, SVMMO PRACTICO,

Ad Inſtar Digeſtorum Imperialium Noua Methodo Compoſita.

ET ICCIRCO DIGESTA NOVISSIMA IVRIS CONTROVERSI APPELLATA.

Tomus Quintus.

VLTIMARVM VOLVNTATVM MATERIAS CONTINENS.

ADITIO HÆREDITATIS.

Monaſterium adit hæreditatem pro monacho. Cap. I.

QVAE monacho obueniunt ex quacunque cauſa ad monaſterium pertinent, ergo adit hæreditatem, etiamſi matris obitum ignorauerit, qui omni caret voluntate, & nihil prorſus diſpoſitionis habet. Hæc teſtādi facultas monaſterio nō obeſt, tametſi Papa ad bona ſua induſtria, & labore quæſita gratiam limitauerit.

Quæ monacho. *Ex deciſione Regni Luſitaniæ 308. Antonij Gamæ.*

De eodem. Cap. II.

ET ſi hæres fuerit in teſtamento inſtitutus monaſterium adit.

Et ſi hæres. *Ex deciſione Cappellæ Tholoſanæ 226. Ioannis Corſerij.*

Mulier per creditores cogitur adire ſollemniter. Cap. III.

ADitio hæreditatis abſque ſtatuti ſollemnitatibus, quia non afficit mulierem hæredem, etiam per creditorem impugnari poteſt, atq; ad adeundam cum propinquorum conſenſu, & alijs requiſitis compelli.

Aditio. *Ex deciſione Rotæ Peruſinæ 45. Ioſephi Ludouici.*

Per aditionem creditoris inducitur bonorum confuſio. Cap. IV.

POſt aditam matris hæreditatem, filius inteſtatus deceſſit, cuius dotes proximioribus illius ex conſuetudine erant obnoxiæ. Quæſitum eſt, an per filium facta, qui patris fuerat hæres, bonorum confuſionem, vel ſolutionem induxerit? Et omnibus placuit cōfuſionem quia in conſuetudinis caſu ad filium reuocabiliter peruenerant, & propterea matris proximiores agunt hypotecaria contra inteſtati filij ſucceſſores. Neque ſemper ſolutionis vim habet, niſi ſolus creditor debitori ſuccedat, & neque lucrum, neque damnum ſentiat. Si creditor alteri tantum ex debitoribus hæres fuerit,

COMPILATIO

TOTIVS IVRIS CONTROVERSI

EX OMNIBVS DECISIONIBVS

Vniuerſi Orbis, quæ hucvſque extant impreſſæ.

A DOCTORE MARTA NEAPOLITANO

IVRISCONSVLTO VERIDICO, SVMMO PRACTICO,

Ad Inſtar Digeſtorum Imperialium Noua Methodo Compoſita.

ET ICCIRCO DIGESTA NOVISSIMA

IVRIS CONTROVERSI APPELLATA.

Tomus Sextus.

BENEFICIORVM, ET SPIRITVALIVM,

MATERIAS CONTINENS.

IVRISPERITIS OMNIBVS, TVM IN ELIGENDA

VERA IVRIS INTERPRETATIONE,

Tum in conſulendo, & iudicando valde vtilis; ac neceſſarius.

Cum Indice Materiarum ſecundum ordinem Titulorum.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

VENETIIS, MDCXX.

APVD IVNTAS.

TITVLI
DIGESTORVM
NOVISSIMORVM
Tomi Sexti.
BENEFICIORVM, ET SPIRITVALIVM.

SERIE ALPHABETICA DISPOSITI,
Quò facilius in hac arte Tyrunculi eos inuenire poſſint.

Abbas.	pag. 1.
Abbatiſſa.	3
Archidiaconus.	4
Archiepiſcopus.	ibid.
Archipresbiter.	5
Auditor Cameræ.	6
Auditor Rotæ.	7
Baptiſmus.	10
Beneficium.	ibid.
Breue.	24
Bulla.	ibid.
Canonicus.	26
Canonizatio ſanctorum.	31
Capitulum.	32
Cappellania.	35
Cardinalis.	36
Clericus.	38
Coadiutoria.	41
Collatio.	43
Collector.	60
Commenda.	61
Compaternitas.	63
Confeſſarius.	ibid.
Confidentia.	64
Datarius.	65
Decanus.	ibid.
Decimæ.	66
Primitiæ.	76
Derogatio.	ibid.
Diſpenſatio.	78
Diſtributiones.	84
Eccleſia.	86
Electio.	91
Poſtulatio.	101
Eleemoſina.	ibid.
Epiſcopus.	ibid.
Oeconomus.	112
Exemptio.	ibid.
Gratia.	115
Gubernator Vrbis.	127
Hoſpitale.	ibid.
Impetratio.	129
Impetrans.	135
Indultum.	141
Inſtitutio.	146
Interdictum Eccleſiaſticum.	ibid.
Intruſio.	147
Intruſus.	148
Irregularitas.	ibid.
Iudæi.	149
Iuſpatronatus.	150
Legatus.	172
Mendicantes.	175
Miſſa.	176
Monachi.	ibid.
Monaſterium.	178
Moniales.	180
Nuntius.	181
Optio.	183
Ordinarius.	185
Ordo.	ibid.
Papa.	187
Parochus.	ibid.
Patronus.	ibid.
Peccatum.	191
Penſio.	ibid.
Penſionarius.	207
Pœnitentiarius.	209
Præbenda.	ibid.
Præceptoria.	210
Prælatus.	ibid.
Præpoſitura.	211
Præſentatus.	212
Præſentatio.	214
Prior.	218
Proceſſio.	219

Pro-

COMPILATIO
TOTIVS IVRIS CONTROVERSI
EX OMNIBVS DECISIONIBVS

Vniuerſi Orbis, quæ hucvſque extant impreſſæ.

A DOCTORE MARTA NEAPOLITANO

IVRISCONSVLTO VERIDICO, SVMMO PRACTICO,
Ad Inſtar Digeſtorum Imperialium Noua Methodo Compoſita.

ET ICCIRCO DIGESTA NOVISSIMA

IVRIS CONTROVERSI APPELLATA.

Tomus Sextus.

BENEFICIORVM, ET SPIRITVALIVM MATERIAS CONTINENS.

A B B A S.

Epiſcopus quàm iuriſdictionem habeat in Abbatem, & monachos. Cap. I.

ABBAS ſubeſt Epiſcopo, per quem negligentia ſuppletur, & propter crimen, etiam inuito conuentu, deponitur. Omnis in monachos iuriſdictio ad Epiſcopum pertinet, niſi ſint exempti, tunc enim nil, niſi Abbate requiſito, Epiſcopus in monaſterio exercere poteſt monere autem, vt corrigat, non impeditur.

Abbas. *Ex deciſione Regni Neapolitani. 314. Franciſci Viuij.*

Abbates qui habeant ſigillum, & ſubſint immediatè Sedi Apoſtolicæ. Cap. II.

SI caput religionis faciat, magnus Abbas appellatur, ſigillumq; authenticum habet, atq. Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubijcitur, & ab ipſa, ſeu legato de latere confirmationem obtinet, Inferiores aũt authenticum, niſi de conſuetudine appareat, nullo modo habẽt, præterquam ſi ad eorum pertineat officium.

Si caput. *Ex deciſione Parlamenti Delphinalis. 1078. p. 1. Franciſci Marci.*

Abbates quando adhibentur loco Epiſcopi. Cap. III.

SI mitræ, & baculi vſum habeant, Epiſcoporum loco adhibentur in cauſa actualis degradationis ab ordinibus, & gradib. Eccleſiaſticis, vbi Epiſcoporum certus numerus requiritur, quoniam & culmine dignitatis gaudent, & ſupremam poteſtatẽ habẽt, ſicut Epiſcopi.

Si mitræ. *Ex deciſione Regni Neapolitani. 314. Franciſci Viuij.*

Abbas vbi ſolemniter benedicat populum. Cap. IV.

ET ſolemni benedictione populo, in Eccleſijs, quæ ad eos pertinent, benedicunt, dum ſolemnia celebrant, non alibi, niſi ex priuilegio caueatur.

Et ſolemni. *Ex deciſione Parlamenti Delphinalis. 1079. parte. 1. Franciſci Marci.*